Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dissertatio Inauguralis Iuris Publici De Coexercitio, Sive Simultaneo Utriusque Romano-Catholicae Ac Evangelicae Religionis Exercitio Licito Ac Illicito

Schweder, Gabriel
Burgermeister von Deizisau, Gabriel Franz

Tubingae, 1727

VD18 11378891

Praefatio

urn:nbn:de:bsz:31-130851

Visual Library

Q. D. B. V.

PRÆFATIO.

EXantlatis feliciter consuetis Examinibus, pro impetranda Licentia, Summos in Utroque Jure Honores capessendi, & ab Illustri in inclyta hac Eberhardina JCtorum Ordine mihi concessa Facultate conscendendi Cathedram Publicam, habendique Disputationem Inauguralem pro Summis dicto Ordini Clementissimè concessis Juribus ac Privilegiis, animum induxi meum, Inauguralis loco pauca proponere de Materia, quæ hactenus in omnium ore versata, & de qua non tantum in Publicis Imperii nostri Romano-Germanici Comitiis, sed etiam in Au-

 gustissi-

guſtiſſimi Imperatoris & omnium Electorum, Principum & Statuum Imperii Aulis & Curiis ſolicite actum ac conſultatum fuit, de *Simultaneo* nimirum *Romano-Catholicæ Religionis Exercitio; num hoc ſalva Pace Weſtphalica à Principe Romano-Catholico, qui Religionem iſtam forte noviter amplexus, aut Principi Auguſtanæ Confeſſioni addicto, in ſuo Principatu, in quo hactenus ſola Religio Evangelica & ejus Exercitium viguit, ſucceſſit, contra Statum Anni 1618. vel 1624. introduci poſſit? aut contrà fortè?* Sed ſine omni præjudicio cujusvis; novi enim benè, non mihi, ſed Sacratiſſimo Imperatori, Statibusque Imperii dubii illius Deciſionem competere, ceu quibus Authentica LL. Imperii Interpretatio merito relinquenda, vi ipſius Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ *Art. VIII. §. Gaudeant. 2.*

Sit ergo B. C. D.

Theſis I.

CONſtat cuique aperte, dari in Imperio Romano-Germanico Civitates quasdam Imperiales, in quibus utraque Religio & Evangelica & Romano-Catholica à Magiſtratu & Civibus